tatis studio tenentur, adeoque nihil o-
ptabilius est, aut omnimodam felicita-
tem magis conciliat, quam certo sci-
re, quid sit id, quod reuera est, ac rebus
vniuersis præest, ex quo genus omne
virtutis prodit, & ad nos venit, ac velut
e fonte scaturiunt bona, caelestiumque
donorum largitio: quonam demum
pacto Græcorum religio nostram ante-
cellat? immo vero nonne incompa-
rabili interuallo Christianorum religio
sancti cultus vnguento fragrans horum
vanitatem superat? Et quidem quum
Græcorum mens erroris cæno immer-
sa sit, & spem mendacium habeat, se-
cundum Prophetæ vocem, opera præ-
tium est videre quam alta mente pol-
leat noster Iulianus, qui se ad excellum
sapientiæ gradum euectum putat. Præ-
ceperunt enim, inquit, sapientes Deos
imitari quantum humana fert imbecil-
litas. Aliter autem res perfici nequit,
quam sola rerum contemplatione, &
affectuum porro vacuitate. Quam, o-
pinor, ira vacuitatem intelligit, aliasque
præterea virtutes, quas domesticas &
internas habere necesse est, atque ita
Dei imitationem, quoad eius est, expri-
mere, & præclaræ artis ad id rationes
ediscere. Equidem fateor ego, & quis-
quis recte sentit, quieto animo & ab
omni cura mundi vacuo illos vti debe-
re, qui ad veram Dei contemplationem
pergunt. Eo namque nos vniuersi Do-
minus & opifex adducit, quum ait: *Va-*
cate, & cognoscite, quia ego sum Deus.
Vnum autem & maxime optandum bo-
num est inter ea, quæ nos Deo similes
efficiunt, ira vacare, quoad fieri potest,
nec eius fluctibus agitari. Quod quum
in confesso sit apud omnes, utpote
verissimum, necessario iam intelli-
gendum videtur, Deum iracundum
& asperum non esse, sed ab omni po-
tius ira & furore prorsus alienum.
Quum

Esai. 28.

Psal. 45.

Quum ergo Moses, singulari vir sapientia, non vnum aliquem ignotum & obscurum Deum, seu particularem & falsum appellet, sed huius vniuersi creatorem & artificem, qui reuera existit, naturaque sua ac substantia rerum omnium obtinet dominatum; qua fronte Iulianus imitationem illam Dei, qua apud Hebraeos reperitur, iram & furorem ac ferocem æmulationem dicere ausus est? Nisi forte hominum affectus in Deum cadere existimat, illumque eodem nobiscum loco ac numero imprudens reponit, per quem & in quo producta sunt omnia. At Scriptura diuina, quum de eo loquitur, non ex eius natura, sed ad nostrum sensum & captum accommodate differit. Ita enim nostris nominibus & singularum rerum appellationibus vtens ad subtiliores intellectus nos perducit, & iis quæ dicuntur longe altiores. Quare humanorum corporum partes ei plerumque affingit, non proprie, sed abusione quadam, & a rebus humanis ducta similitudine; ac velut exemplis quibusdam scite nos ad subtilem contemplationem euehit. Quemadmodum ergo rei corporis, magnitudinis, & quantitatis experti, simplici, & incomposita membra interdum affingit, quasi vnumquodque membrum aliquid eorum quæ illi insunt oblique significet; oculus quidem omnia intuendi, aures cuncta audiendi, manus creandi vim, pedes denique summam in rebus agendis facilitatem ac agilitatem: ita licet ira in Deo forte dicatur, humano more iubet intelligi, quasi vero, si in illum cadere posset perturbatio, eam pateretur, qualitate facinorum eo adactus. Natura quippe sua Deus affectu caret. Neque tamen dicere velim, eam ob causam subditis impune esse debere, si officium contemserint, aut in defectionem exiuerint, sed iure merito potius plectendos aio. Vt enim pueros non increpare, quum ab officio deficiuerint, sic in facinorosos non animaduertere, perniciosum est. Quum ergo quorumlibet facinorum qualitati & ponderi poenæ debeantur; si profecto illata demum appareant, tum iratum numen dicitur a sanctis viris, vocè nobis accommodata:

Α Εἶτα πῶς, εἶπέ μοι, ἢ τοι ὁ Πανσόφου Μωσέως, ἔχ' ἓνα τινα τῶν ἠγνοημένων, ἢ καὶ ἀνα μέρος ὄντων ψευδωνύμων θεῶν, δημιουργὸν δὲ τῶδε τῶ παντὸς ἢ τεχνίτην ὀνομάζουτος, τὸν ἀληθῶς ὄντα ἢ τῆς καὶ πάντων κυριότητος ἐσιωδῶς λαχόντα τὴν δόξαν, ἢ δέδωκεν ἔτοσι τὴν παρά Εβραίοις τῶ Θεῷ μίμησιν, ὀργὴν καὶ θυμὸν λέγων εἶναι καὶ ζῆλον ἀγριον; ἀνθρωποπαθῆς τάχα πρὸς τὸ θεῖον καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐναριθμιον **Β** ἢ ἀποθέλει τιθεὶς, τὸν δὲ ἢ τὰ πάντα καὶ ἐν ᾧ παρήχθη πρὸς ὑπαρξιν. Ἡ δὲ γε θεία γραφή, τὰς ἐπ' αὐτῷ συνθεῖσα λόγους, ἔχ' ὡς ἂν ἔχοι φύσεως ἐν τοῖς καθ' αὐτὸ διαλέγεται, ἀλλ' ὡς ἂν οἰοίτε ὦμεν συνιέναι τε καὶ λέγειν ἡμεῖς ἔτω ᾧ τοῖς καθ' ἡμᾶς ὀνόμασι καὶ ταῖς ἐφ' ἐκάστῳ τῶ πραγμάτων φωνῆς κεχημένη, φαντασίαις ἡμᾶς ἐφίσησιν ἰχναῖς, ἢ ἀναδιβάσει πρὸς ἐννοίας τὰς τῶν λαλῶμένων ἐπέκεινα. ὥστε καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων σωμάτων μέρη **Γ** προσάπει πλειστάκις αὐτῷ μᾶλλον καλὰ κεχημένη, ἢ ὡς ἀπὸ γε τῶν καθ' ἡμᾶς οἷον ἐκ παραδειγμάτων ἀσείως ἀναδιβάσει πρὸς θεωρίαν ἰσχυρῆν. Ὡς περ' ἐν τῷ ἀσώματον, ἀμέγεθές τε, καὶ ἢ ὄν ἐν ποσῷ, ἀπλῆν ἢ ἀσύνθετον ἐκ μελῶν συνίθησιν ἔσθ' ὅτε οἷον ἐκάστῳ μέρει τῶν ἐμπεφυκότων αὐτῇ τίπλαγίως ὑποσημαίνοντι. Ὁφθαλμοὺς μὲν τὸ πανδερεῖς, ὠτων δὲ τὸ πανλήκοον, χειρὸς γε μὴν δημιουργικὴν ἐνέργειαν, καὶ μὲν τοι καὶ ποδῶν τὴν ἐφ' ἐκάστῳ τῶν ποιημένων οἰοεὶ πως λείαν ὁδὸν καὶ εὐήλατον ἔτω καὶ εἰ ὀργὴ λέγοιτο τυχόν ἐπὶ Θεῷ, ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐφίσησι νοεῖν, ὡς εἶπερ' ἦν ἐφικλὸν ὑπομέναι τὸ πάθος, ὑπέσθ' ἂν τῇ τῶν δρωμένων ποιότητι πρὸς τῶτο ἠγμένον. Φυσικῆ μὲν ᾧ ἰδιότητι τὸ θεῖον ἀπαθές. Πλὴν ἔχι ταύτης ἐνεκα τῆς αἰτίας ἀνυπαίτιον γένοιτ' ἂν τὸ ὑπὸ χεῖρα καὶ ζυγὸν καλημελητὸς τῶ πρόποντος. ἔτε μὴν ἀξίμιον τοῖς κειμένοις ὑπὸ σιγήπρω τὸ εἰς ἀπόσασιν σιγήρημα, χεῖρη **Ε** ναὶ δὲ φημι καλαμίζεσθαι ἢ μάλα ἐν δίκῃ. καὶ ᾧ ἐστὶ τοῖς πονηροῖς ἀλυσίτελές τὸ ἀνεπιστάτητον, καθάπερ ἀμέλει τὸ μὴ ἐπιπλήττεσθαι τοῖς μὴ εὐκοσμεῖν εἰωθόσι τῶν παίδων. Ὅταν ἢ τῇ τῶν δρωμένων παροῖσιν ποιότητι καὶ δυνάμει, τὰ ἐξ ὀργῆς ὀφείληται παρά Θεῷ εἰ δὴ φαίνοιτο λοιπὸν ἐπενηνεγμένα, τότε καὶ ἀργίασθαι λέγεται, φωνῇ τῇ καθ' ἡμᾶς κεχημένων τῶν ἀγίων, ἵνα συνῶμεν ἡμεῖς.

ὡς εἶπερ ἦν δύνασθαι τὰ περὶ Θεῶ τοῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον διαλεγεσθαι λόγοις, εἰδ' ἂν ὀνομάσθαι θυμὸς ἐπ' αὐτῶ. ἔδει τοίνυν τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ μέτρον ἀναλογίσασθαι καὶ τὴ γλώττης τὸ ἀδρανές. Καί τοι Φάητις ἂν αὐτῶ τί δράς, ὦ ἔτος; αἰτία τῶς θεηγόρου, ὡς μείον, ἢ χεῖρον, τὰ περὶ Θεῶ λαλεῖν εἰωθότας. εἰδὲν τὴν σεαυτῶ φύσιν γράφει, ὅτι τοῖς θείας ὑπεροχῆς νοητοῖς ὑψώμασι φιλονεικεῖν οὐκ οἶδε, καὶ δεσποικῶν ἀξιομάτων καλόπιν ἐρχεται, λόγους οὐκ ἔχουσα τῶς ἀποχεῖνται αὐτῆ, πρὸς τὴν τῶν ἐπέκεινα νῦν διασαφῆσιν. Ἐρομένῳ δέ μοι φραζέτω καὶ τῆτο. ἄρα γὰρ, εἶπερ τῶ γένοιτο σκοπός, τὸ χεῖρον βίβιν πράως τε καὶ ὑφειμένως, τί τῶ ἂν γένοιτο μιμητῆς τῶν αὐτῶ Θεῶν, καὶ οὐκ ἂν ἀμάρτοι σκοπῶ; ἢ τάχα πρὸ φαῖεν ἂν, Ἄρεος ἀνδροφόνου, καὶ τὸν Ὀμήρου λόγον, ὃς δὴ καὶ βροτολογός, καὶ τειχεσιπλήτης, καὶ μέντοι καὶ μαιφόνος ὀνόμασαι παρ' αὐτῶ, μαυόμενός τε, ὡς ἔφην, καὶ τυκλὸν κακόν; Ἀλλὰ τῶτον μὲν ἐῶμεν, εἰ δοκεῖ δοκιμάσωμεν Ἀθηναίαν, τὴν ὀβριμοπάτηρην, τὴν ἀναδῆ, καὶ κυνόμην, τὴν αἰεὶ θεὸς ἐρίδι ξυνελαύνουσαν καὶ γὰρ καὶ αὐτῆ τῶν ταυλικῶν ἐμέλησε, καὶ μαχιμωλάτην αὐτῆν καλῶσι δαμόνων, καλασεμνύουσι δὲ τὸν ἐπ' αὐτῆ λόγον. εἰ γὰρ τοι κατ' ἐκείνον μαυεσθαι, τὸν τειχεσιπλήτην λέγω, διαχειρίζειν δὲ μάλλον τὰ εἰς πολέμους καὶ μάχας, ἐμφρόνως τε καὶ καλεσεμνύμενως. ἐπιχερήσει δὲ οἶμα κατ' εἰδὲνα τρόπον τὸ χεῖρον αὐτῆ πρὸς γε τὸ δεῖν ὀρεῖσθαι πραότητος εἶσω. ἄρα ᾧ, οἱ ταῖς εὐλομίας ταῖς ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις τὴν φρόνησιν ἐπιπλέκουτες, εἶτα τοῖς πολεμῶσιν ἀνισταμένοι, ἢ τίς εἶναι βέλονται τῆς ἐκείνων χειρός, ἢ γὰρ τὸ χεῖρον κρατεῖν τῶ παντός ἀξίως λόγους, καὶ εἰ ἐμφρόνως μάχονται τοῖς ἐχθροῖς; καί τοι πῶς οὐκ ἐναργῆς τὸ χεῖρον ἐστίν; ἀντεξάγοντες ᾧ, καὶ εἰ δίχα θυμῶ, καὶ εἰ ἐμφρόνως λέγοντο τῆτο δρᾶν πῶς ἂν ἔχοιεν ἀπαράσημόν τε καὶ ὑγιῆς ἐν γεδῆσφίσι αὐτοῖς τὸ τῶ πραότητος καλλός; Ὅτι δὲ ἠτε θαυμασμένη παρ' αὐτοῖς Ἀθηναῖ μικροψυχίας εἰς τῆτο διελήλακεν, ὡς καὶ ἀντιφρόφους ποιέσθαι τῆς γνώμης τὰς ἐπ' ἄμφω μεταβολὰς, ὡς ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, καὶ ἐν ταῖς τῶν τραγωδιῶν γελασθαι σικηναῖς, ἀκονητὶ καλαφρήσωμεν. Ἐυριπίδης γὰρ ἐν Τρωάσι προσβεβλημένα μὲν αὐτῆν Ποσειδῶνι φησὶν, εἶπεῖν ᾧ ἔτω πρὸς αὐ-

Hiad. E. v.
31. 455.

vt intelligamus, nequaquam de Deo iram dictum iri, si res diuinæ vocibus non humanis possent explicari. Oportuit ergo humanæ intelligentiæ captum & linguæ infirmitatem respicere. Quamquam Iuliano ita forte dicet aliquis: Quid agis, amice? diuinarum rerum interpretes accusas, quasi minus recte de rebus diuinis loqui soliti sint, quam oporteat. Ergo tuam ipse naturam accusa, quod ad maiestatis diuinæ fastigium mens eniti nequeat, & a Domini gloria longo interuallo relinquatur, quum verba non habeat quibus ea, quæ mentem superant, satis explicare possit. Mihi autem interroganti velim respondeat: Si cui constitutum esset lenitatem & clementiam in vita colere, quem nam ex Iuliani Diis imitandum sibi proponeret, ita vt scopo suo non excideret? An Martem, dicet, illum, Homero teste, hominum interfectorem, a quo tum mortalium perditor, tum murorum quassator, & cruentus appellatur, furens item, vti dixi, & natum malum? Sed hunc omittamus, si placet: laudem Mineruam illam forti patre prognatam, impudentem, & caninam mufcam, Deos ad discordiam semper instigantem. Huic enim etiam ipsi res militaris curæ est, vnde & Deorum bellicosissima dicitur, idque luculento præconio. Non enim furere instar illius mœnium euerforis, sed quæ ad bella & pugnas pertinent, prudenter sapienterque tractare. Sed non propterea mansuetudinis laudem feret. Vtrum enim qui cum bellica & militari audacia prudentiam coniungunt, quum ad bellum ventum est, hostibus cedere volunt, an victoriam potissimam ducunt, quamuis prudenter cum hoste dimittent? Nunquid res ipsa per se satis manifesta est? Nam qui in aciem copias educunt, idque non sine ira, quamuis prudenter facere dicantur; qui fieri potest vt verum ac sincerum mansuetudinis decorem in se habeant? Porro non difficile est videre Mineruam, quam tantopere mirantur, tam angusti animi fuisse, vt modo his, modo illis per summam leuitatem adhaeresceret, atque eam ob rem in Tragicorum scenis irrisam. Euripides enim in Troadibus Mineruam occurrisse Neptuno, atque

his illum affatam scribit:

*Troianos quidem mihi prius inimicos
exbilarare volo,*

*Exercitui vero Græcorum acerbum re-
ditum iniicere.*

Hunc illam sic excepisse:

*Quid vero ita transfilis alias ad alios
mores,*

Odisti & amas vehementer quemlibet.

Ad hæc respondisse Mineruam:

*Nescis me contumelia affectam esse, &
meum templum?*

Tum Neptunum:

Noui, quando Ajax traxit vi Cassandram.

Illam dolore tactam, hæc addidisse:

*Et nihil ideo passus est, neque audiuit a
Græcis.*

Quare si quam de illo Græci pœnam cepissent, qui Cassandram violauerat, non utique Minerua in totum exercitum exasperata fuisset. Quomodo ergo Phinees accusat, si vnus iustissima pœna iram in omnes compescuit? At enim hæc in scenis omnia Poetæ finxerunt. Sed cur apud alios scriptores, quique scenici non sunt, historia illa laudatur? Verum ista quidem ad Mineruam spectant, & homicidam ac perditorem illum hominum ac furentem. Quid illa, quæ postquam Oenei opes exhausisset, Ætolorum & Curetum rebus, regionibus item, ac ciuitatibus omne malorum genus intulit; sagittis gaudentem dico Apollinis sororem? Hæc, nonne vulgari & leui causa arrepta, quod Oeneus sibi aræ primitias non sacrificasset, vniuersam domum ideo concussit? Eius autem frater & æque promptus ad iram, nunquid ob sacerdotem contemptum, apud Troiam ab vno Agamemnone, Atrei filio, exitiosum morbi genus in exercitum immisit, quo multi misere occubuerunt? Si quis ergo Græcicos Deos imitetur, vtrum lenis erit ac mansuetus, an asper & iracundus? Ego certe asperum & iracundum fore pronuntio. Sin autem aliter se res habet, doceat obiter, quo pacto animo tranquillo, remisso, & ab omni ira vacuo esse poterit, qui Græcorum Deos tam sæuos ac perpugnaces, imitari statuerit? Quod si Minerua Argiuis succensuit; Diana Oeneum, quod sacrificia neglexerat, puniuit; busta vero cadauerum apud Græcos crebra fuerunt, propterea quod puella captiua ex Agamemnonis tentoriis dimissa non est: & cum Chryse, infula contu-

Α τὸν περὶ τε τῶν Τρώων καὶ τῶν Ἀχαιῶν

Τῆς μὲν πρὶν ἐχθρῆς Τρώας εὐφραίνει
δέλω,

Στρατῶ δ' Ἀχαιῶν νόσον ἐμβαλεῖν πικρόν.

Εἶτα πρὸς αὐτὴν ἐκέεινον εἰπεῖν

Τί δ' ὦδε πηδᾶς ἄλλοτ' εἰς ἄλλας τρόπους;

Μισεῖς τε λίαν, καὶ Φιλεῖς ὃν ἂν τύχη.

Φᾶμαι δὲ πρὸς ταῦτα τὴν Ἀθηναῖαν

Οὐκ οἶδ' ὑβριθεῖσάν με καὶ ναὸς ἐμῆς;

B Καὶ πρὸς γε ταῦτα τὸν Ποσειδῶνα

Οἶδ', ἠνίκ' Αἴας εἶλε Κασσάνδραν βία.

Καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν τὴν λελυπημένην

Κ' ἔδεν γ' Ἀχαιῶν ἔπαθεν, ἔδ' ἦκασ' ὑπο.

Ὡστε εἰπέρι τῶν ἀνιαρῶν ἐπεπόνθει παρ' Ἑλ-
λήνων ὁ εἰς Κασσάνδραν ἐξυβριώσας, ἔκ ἂν
Ἀθηναῖα παντὸς καλέεσθηντο τῆς στρατῶ. εἶτα
πῶς αἰτιάται τὸν Φινεῆς, εἰ τῇ καθ' ἐνός ἐννο-
μωιάτῃ δίκη, τὴν καὶ πάντων ἀνέσχευε ὀργήν;
ὅτι πέπλασαι τοῖς ποιηταῖς πάντα ἐν σκηναῖς.

C εἶτα πῶς καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις λογάσι, καὶ τῆς ἐξω
σκηνης, ὁ τῆς ἰσορίας τετίμηται λόγος; ἀλλ' ἐν
τῆτοις μὲν τὰ τῆς Ἀθηναῖας, καὶ τῆς μισαφόνος,
βροτολογεῖ τε καὶ μαυρομένως. τί δὲ ἡ τὸν Ὀι-
νέως ὄλβον ἀνλήσασα, καὶ μὴν καὶ τὰ Ἀιω-
λῶν καὶ Κρητῶν πρᾶγμαλα, χώρας τε καὶ πό-
λεις ἐν παντὶ κακῶ θεμένη, τὴν ἰσχεαυραν λέ-
γω τὴν τῆς Ἀπόλλωνος ἀδελφῆν; ἔ τὴν τυ-
χεσαν λαβῆσα καὶ σμικρὰν αἰτίαν, τὸ μὴ θυ-
σαι οἱ τὰ τῆς ἀλώης θαλύσια τὸν Ὀινέα, ὅλην

D ὥσπερ αὐτῇ τὴν ἐσίαν ἐπέσεισεν; Ὁ δὲ ταύτης
ὄμματός τε καὶ ἰσοσάσιος εἰς ὄργας, ἱερέως ἠτιμα-
σμένως καὶ τὴν Τροίαν, παρ' ἐνός τῶν Ἀλκιδῶν,
ἔ νόσον ὥρσε κακὴν ἀνά στρατὸν, ἔκ ἀθλίως
πολλοὶ διολώλασι; Πότερα δὴ ἔν, εἰ τῆς
Ἑλλήνων τις ἀπομιμοῖτο Θεὸς, πρᾶός τε
ἔσαι καὶ ἡμερος, ἢ δυσσοργος καὶ βαρυμήνης;
ἐγὼ μὲν εἶμαι Φημί τὸ δέυτερον ἀληθές. εἰ
δὲ μὴ ἔτιως ἔχει, διδασκίτω παρελθὼν, καθ'
ὃν ἂν τις ἴοι τρόπον πέρα θυμῶ καὶ ὀργῆς καὶ

E καθεσηκῶς ἔσαι, καὶ τὸν νῆν ἠρεμαῖος, τῆς
τῶν Ἑλλήνων θεῶς τῆς ὦδε δευρῆς καὶ μα-
χιμωτάτης ἀπομιμοῖσθαι προθυμῶμενος;
Εἰ δὲ Ἀθηναῖα μὲν Ἀργείοις ἐπεμήνυσεν,
Ἀρτεμις δὲ ῥαθυμῶντα τῆς θύειν ἐκόλαζε
τὸν Ὀινέα: πυραὶ νεκύων καίοντο παρὰ τοῖς
Ἑλλησι συχνά, ὅτι δρεῖληπτος κόρη τῶν Ἀ-
γαμέμνονος ἔκ ἀφείσης σκηναῶν, συνηλι-
μάζετο δὲ τῷ Χρύση τὰ σέμμαλα. πῶς ἦν

ἀκόλυστον, τὴν πρὸς Βεελφεγὼρ τετελεσμέ-
νης, καὶ τὸν μὲν τῶν ὅλων Θεὸν ἀνοσίως κα-
ταλυπήσαντας, ἠδοναῖς δὲ ταῖς εἰς ἀσχερότητα
καὶ λαγνείαν ἀνοητότατα σεσαγηνευμένους εἰς
ἀπόσασιν, τὴν δὲ δρᾶν νηποῖν, καὶ ἔχι δὴ μᾶλ-
λον ἐν δίκη τοῖς ἐσχάτοις ἀλώνα κακοῖς; Προ-
επάγει δὲ τῆτοις:

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ὅτι δὲ ἔχῃ Ἑβραίων μόνον ἐμέλησε τῷ
Θεῷ, πάντων δὲ ἔθνων κηδόμενος, ἔδωκεν
ἐκείνοις μὲν ἔδεν σαρδᾶνον ἢ μέγα, ἡμῖν δὲ
μικρῷ κρείττονα, καὶ διαφέρουσα, σιοπέετε λοι-
πὸν τὸ ἐνέυθεν. Ἐχασίμην εἶπεῖν καὶ Ἀιγύπτιοι
παρ' ἑαυτοῖς ἀπαριθμύμενοι σοφῶν ἐν ὀλίγων
ὀνόματα, πολλὰς ἐσχηκέναι τὰς ἀπὸ τῆς Ἑρμῆ
διαδοχῆς, Ἑρμῆ δὲ φημι τὴν τρίτον τῇ Ἀιγύ-
πτῳ ἐπιδημήσαντι. Χαλδαῖοι δὲ καὶ Ἀσσύ-
ριοι τὰς ἀπ' Ἄννης καὶ Βήλας. μυρίους δὲ Ἑλλη-
νες τὰς ἀπὸ τῆς Χείρωνος. ἐκ τῆς ᾧ πάντες
ἐγένοντο τελεστικοὶ φύσει καὶ θεολογικοὶ, καὶ οὐδὲ
μόνον Ἑβραῖοι δοκᾶσι τὰ ἑαυτῶν ἀποσεμνύνειν.

Εἶτα καλασιώπει τὸν μακάριον Δαβὶδ καὶ
Σαμψῶν, καὶ ἔσφοδρα γενέσθαι φησὶν αὐτοῖς ἐν
ταῖς μάχαις ἀλκιμοτάτους, ἀλλὰ τῆς Ἀιγυ-
πτῶν καὶ Ἑλλήνων εὐδαιμονίας καὶ μόλις μέχρι τῶν
τῆς Ἰσθαίας τεματίων τὸ μέτρον αὐτοῖς ὠρίσθαι
τῆς βασιλείας.

ΚΥΡΙΑΛΟΣ.

Οὐκ ἔν, φιλοπευσήσω ᾧ πάλιν, ποῖα δὲ
ἄρα θεῶν μελήσασθαι φησὶ τῶν ἔθνων, ὡς Ἑβραίοις
μὲν νεῖμα σαρδᾶνον ἢ μέγα παντελῶς ἔδεν,
Ἑλλησὶ γέ μιν, τὰ πάντων κράτιστα καὶ ἐξάρε-
τα; ἄρα ᾧ τὸν διὰ τὸ πανσόφου Μωσέως μαρτυ-
ρέμενον, ὡς τῶν ὅλων εἶη δημιουργός, ἔραν τὴν
καὶ γῆς, καὶ συλλήβδην ἀπάντων τῶν παρ' αὐτῶν
κεκλημένων εἰς γένεσιν, καλεξασιάζει δὲ μόνος,
καὶ τῶν ὅλων καλακρατεῖ, τὴν κτίσιν ἔχων ὑπὸ πό-
δας, καὶ ὑπὸ αὐτῆς προσκυνέμενος. ἦ γὰρ
ἐκείνον, ὃν αὐτός τε καὶ οἱ γεγονότες αὐτῶν ἄσε-
βείας πρόγονοι, τῷ λόγῳ προαναθέντες καὶ ταῖς
θεωρίαις, ὡς πρῶτον αἴτιον τὰ γὰρ ὄν, ὑφιστήκοτα
τε καὶ δεύτερον ὀνομάζουσι Θεόν, καὶ προσεχῆ
καλεῖσιν τῷ κόσμῳ δημιουργόν; Εἰ μὲν ἔν τ' διὰ
τὸ πανσόφου Μωσέως κεκηρυγμένον ὀνομάζουσι
Θεόν, πῶς Ἑβραίοις αὐτὸν ἔδεν τὸ ὄνησιφόρων
ἦ γὰρ τὴν ἀναγκάων χαρίσασθαι φησὶ, καὶ τοὶ γνω-
ριθέντα αὐτοῖς, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῖς ὑπεροχὴν τε
καὶ δόξαν ἐμφανῆ καλασῆσαντα, καὶ τῆς ἀληθείας

Amelios habitæ; qui consentaneum
esset eos, qui initiati erant Beelphegor,
& uniuersi Deum impie offenderant,
turpissimisque voluptatibus ac libidini-
bus obscœnis per summam dementiam
ad defectionem constricti erant, hæc
impune facere, non vero potius extre-
mas pœnas merito luere? Addit porro
his Iulianus:

IULIANVS.

Deum autem non Hebræis dunta-
taxat prospexisse, sed omnium gentium
cura suscepta, illis quidem nihil ad-
modum magnum aut eximium, nobis
autem paullo præstantiora & meliora
dedisse, ex his quæ dicturi sumus, anim-
aduertite. Possunt Ægyptii quoque
non paucorum qui in Ægypto flou-
erunt Sapientum nomina recensere, e
quibus multi Hermeti successerunt,
illi inquam Hermeti, qui tertium in
Ægyptum venit. Chaldæi autem &
Assyrii, eos qui ab Anno & Belo. Græ-
ci, ab Chirone, infinitos; a quo perfe-
ctores etiam & rerum diuinarum inter-
pretes nati sunt plerique omnes, quo
vno nomine Hebræi sua venditant.
Ad hæc beatum Dauidem & Samso-
nem ridet, nec in bello admodum for-
tes fuisse ait, sed Ægyptiorum & Græ-
corum robore longe inferiores, adeo-
que vnus Iudææ finibus illorum impe-
rium comprehensum.

CYRILLVS.

Hic rursus interrogare iuuat, cuiam
Deorum curam gentiam assignet, a
quo nihil omnino magnum aut eximi-
um Iudæis traditum sit, Græcis au-
tem potissima & egregia quæque im-
pertita fuerint? An illum dicet, quem
sapientissimus Moses testatur esse mun-
di totius Opificem, calique ac terræ,
& vt paucis dicam, eorum omnium,
quibus naturam & ortum tradidit;
qui solus uniuersis rebus imperat, nu-
tuque suo moderatur, creaturam pe-
dibus subiectam habens, & adoratur
ab ea; an illum, quem cum ipse, tum
auctores eius impietatis, Bonum, ceu
primam causam, ratione præponentes
& intellectu, inferiorem & secundum
Deum nominant, & opificem mundo
proximum? Si ergo Deum appellant
eum, quem Moses sapientissimus præ-
dicauit; quomodo illum Hebræis
nihil vtile nedum necessarium de-
disse ait, qui & ab eis cognitus suam
ipsis gloriam maiestatemque ostendit,
eosque veræ contemplationis

rerum diuinarum fecit participes, qui præterea legislatorem eis constituit, Græcorum sapientibus & tempore antiquiorem, & sapientiæ prudentiæque incomparabili præstantia, adeoque virtute tanto illis superiorem, quantum est tenebras inter ac lucem discriminis: a quo leges optimæ conditæ, adeo ut singulis rebus rite sapienterque constitutis, ciues nullo negotio iter ad supremam omnium vitæ felicitatem possint agnoscere? At quid his melius? aut certe quid habent Græci, quod cum his conferant? Nonne apud nos imperium vnum, & maiestas, ac dominatus in omnes vnus, quo nihil omnino superius est? An non omnis improbitatis & sceleris ratio nostræ legis sententia damnatur? non turpitudine ablegatur, in pretio vero & admiratione est genus omne virtutis? Quæ sit vero Græcorum disciplina, ab ipso discamus. Plurimi, ac infiniti fere, apud illos Dii voluntate ac sententiis inuicem discrepantes, ac sortito singuli nacti principatum, gentes gubernant, neque tamen illas similibus legibus instituunt: adeo ut alios intemperis agitari videamus, alios impune ferro in homines grassari, aliena rapere, regiones ac ciuitates euertere: alios infandis libidinibus sic irretitos, ut in matres ac sorores, velut œstro perciti, sæpe item in filias exarserint. Hæc sapientiæ præcepta traduntur ab illis gentium rectoribus: his principatum tribuit mundo proximus Opifex, ut Græci perhibent. An non ergo Deo, quem colunt, maledicere conuincuntur? Quod si nonnulli, aut apud Græcos, aut apud Ægyptios, haud obscuram sibi mundanæ sapientiæ existimationem pepererunt; nihil hoc ad Christianorum disciplinam. Antiquior enim est Mosis doctrina, quæ philosophiam in se continet accuratam, verissimamque & sinceram rerum diuinarum humanarumque scientiam. Ceterum ne Hebræorum Ducibus aut Regibus insultato, si bellica virtute aliis cesserint. Nec enim illis studio erat militia; sed resistebant hostium incursionibus, patriam defendere ac tueri tantum volebant, non aliorum res ferociter inuadere. Lex enim, quam per Mosem Deus

Α Θεοπίας ἐφέντα μεταλαχῆν, εἶτα νομοθέτην αὐλοῖς ἐπισήσαντα τῷ παρ' Ἑλλησι σοφῶν ἢ χροῶν πρεσβύτερον, ἢ διαφοραῖς ἀτυχεῖτοῖς ταῖς εἰς σοφίαν ἢ σύνεσιν, ἢ μὲν τοὶ ἢ ἀρετῇ τοσούτον διενεγκόντα ὅσον ἀννοῦτο ἢ σκότους τὸ φῶς, ὀρίσαντα δὲ ἢ νόμους τὰς παναρίστους αὐλοῖς, ὡς ἀνέκασα τῷ πραγμάτων, ἐν δὴ τοὶ μάλα πρὸς τὸ ἀμωμήτως ἔχον καλαρρυθμίζοιτο, ἢ τὰς ὑπ' αὐτοῖς γεγονότας ἀκονιτὶ δύνασθ' τὴν τρίβον τῷ ἀνωβτάτω πασῶν ἐυζωίας, μὴ ἀγνοῆσαι. Ἄλλὰ τί δὴ τῶν τὸ ἀμεινον; καὶ τί τὸ ἰσοσαλῆν ἔχει τὰ Ἑλλήνων; ἢ παρ' ἡμῖν μὲν ἀρχὴ ἢ πάντων μία, δόξα τε καὶ κυριότης, ἢς ἐπέκεινα παντελῶς ἔδεν; ἔχ' ἀπάσης μὲν πονηρίας ἢ φαυλότητος τρόπος ταῖς ἐκ νόμου καλακρίνειται ψήφοις; ἐκ ἀποσπαράζεται τὸ ἀσυχρον, ἐν πλείω δὲ καὶ ἀξιολήπτω θαύματι πᾶν εἶδος ἐστὶν ἀρετῆς; Τὰ γε μὴν Ἑλλήνων ἐν τίσιν, μάθωμεν παρ' αὐτῶ. Πλείω μὲν ὅσοι ἢ κρείττονες ἀριθμῶ παρ' αὐτοῖς οἱ θεοὶ θελήμασί τε ἢ γνώμας ἀλλήλοις διάφοροι, ἢ κληρωτὴν ἔκαστοι τὴν ἡγεμονίαν λαχόντες, ἐπιτροπέουντές τε τοῖς ἔθνεσι, ἢ ἔχ' ὁμοίοις αὐτὰ παιδαγωγῶντες νόμοις ὡς τὰς μὲν ἀκραιεῖς ὀρεῶς εἰς θυμὸς ἢ ὀργὰς, καὶ ἀνεπιπλήκτως ἔχεσθε ἔχρηται μιαιφονεῖν, ἀγειν τε ἢ φέρεν τὰ ἐτέρων, χώρας τε ἢ πόλεις ἀνασάλλοντες δὲ, ταῖς ἀτιθάσσοις ἢ ἐκλόποις ἡδοναῖς ἐνισχῆσθε τοσούτον, ὡς μητρός τε ἢ ἀδελφῆς καλοῖσθηναι πολλάνικ, ἢ ταῖς σοφῶν αὐλῶν ἐπιθήγεσθε θυγατέρας. Ταῦτα τῶν ἐθναρχῶν τὰ σοφὰ παιδέυμαλα τῶ τοῖς ὀ παρ' Ἑλλησι προσεχῆς τῷ κόσμῳ δημιουργός, καθάπερ αὐλοὶ φασιν, ἐνεχειρίσει τὴν ἡγεμονίαν. ἄρ' ἔχ' ὄν ἐυσεβῶσι θεοῖν δυσφημῶντες ἀλώσονται; εἶδὲ δὴ γεγονόνασι τινές, ἢ παρὰ ταῖς Ἀιγυπτίους, ἢ παρὰ τοῖς Ἑλλησι, ἐκ ἀγεννῆ λαχόντες τὴν δόκησιν τῷ ἐν κόσμῳ σοφίας, ἔδεν τῶτο πρὸς τὰ Χριστιανῶν. πρεσβύτερα τῶ τὰ Μωσέως φιλοσοφίαν ἔχοντα τὴν ἀκριβῆ ἢ ἀληθεσάτην ἢ ἀκίβδηλον ἐπισήμην θεῶν τε ὁμῶ καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. Τοῖς Ἑβραίων δὲ στρατηγοῖς ἤγαν βασιλεῦσι μηδαμῶς ἐμπαρονεῖτω, εἰ τῆς ἐτέρων καλόπιαισι χειρὸς, ἤγαν ἐυδενείας τῆς ὡς ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις. ἢ τῶ ἦν ἐν σπαρῇ τὸ χρεῖμα αὐτοῖς, ἀντεφέρουτο δὲ τοῖς ἐθέλτοσι καλαδῆσθαι τῆς ἐνεγκῆσης προεσηκότες, ἢ σώζειν αὐτὴν μόνον ἐθέλοντες, καὶ ἔχ' ἰ τοῖς ἐτέρων πράγμασι ἀγρίως ἐπιπηδῶν. Ὅ γάρ τοι διὰ Μωσέως παρὰ

Θεῶ νόμος, δικαιοσύνης αὐτοῖς ἐφεσήκει βρα-
βείους καὶ πρῦτανις. οἰήθεις ὅτι καὶ ἀλήθειαν, ἀπαν-
μὲν εἶδος ἀγαθῶν ταῖς τῶν Ἑλλήνων ἀγέλας δε-
δωρηθεὶς παρὰ Θεῶ, Ἑβραίοις γε μὴν τὸ σύμ-
παν ἔδεν, ταῖς τὸ Φιλοσόφων εὐρεσιεπείας ἐνα-
βρύνεται, καὶ Φησὶν

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ.

Ἄλλὰ ἀρχὴν ἡμῖν ἔδωκεν ἐπισήμης, ἢ μά-
θημα Φιλοσόφων καὶ ποῖον; ἢ μὲν ᾧ περὶ τὰ
Φαινόμενα θεωρία παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν ἐτελειώθη
τῶν πρώτων τηρήσεων παρὰ τοῖς βαρβάρους
γενομένων ἐν Βαβυλῶνι. ἢ ὅτι περὶ τὴν γεωμε-
τρίαν ἀπὸ τῆς γεωδασίας τῆς ἐν Ἀιγύπτῳ τὴν ἀρ-
χὴν λαβῶσα πρὸς τοσούτον μέγεθος ἠυξήθη. τὸ
δὲ περὶ τῆς ἀριθμῆς ἀπὸ τῶν Φοινίκων ἐμπό-
ρων ἀρξάμενον τέως εἰς ἐπισήμης παρὰ τοῖς
Ἑλλήσιν κατέστη πρόσχημα. Τὰ δὲ τρία μὲν τῆς
συναριθμῆς μουσικῆς Ἑλληνες εἰς ἐν συνήψαν,
ἀστρονομίαν γεωμετρίαν προσυφήναντες, ἀμ-
φοῖν δὲ τῆς ἀριθμῆς προσαρμόσαντες, καὶ τὸ
ἐν τέτοις ἐναρμόνιον καλασῆσαντες. ἐντεῦθεν
ἔθεντο τὴν παρὰ σφίσι μωσικὴν, τῆς ὅρας
εὐρόνης τῶν ἀρμονικῶν λόγων, πρὸς τὴν τῆς
ἀκοῆς ἀδύνησιν ἀπλάσων ὁμολογίαν, ἢ ὅτι μάλι-
στα τέττα ἐγγύς.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ.

Ἐξάρει μὲν ἐν ὑψῶ ταῖς τοιαύταις καὶ τεθαύμα-
κεν. ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα φαίην ἂν, ὡς ἠγνόη-
κεν ὅλως τὰ ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς καὶ θαυμάζεσθαι
πρέπειν τῆς ἀρίστης δόξης ἐπιμελητῆς, καὶ τῆς
ἀληθῆς εὐημερίας εἰσω γενέσθαι πεπιστευμένους.
Ἄνδρα ᾧ ἀποφανεὶ ζήλωτον καὶ ἀπόβλεπτον, ἔ-
χι δὴ πρὸς μόνον τὸ εἰς λόγους εὐριδῆς, καὶ τὸ
ἐπίχαρτε καὶ εὐρυθμον, εἰς τὴν τῆς λέξεως προ-
φορὰν, ὡς εὐσομεῖν δύνασθαι, καὶ εἰκαίων μὲν,
ἰσχυρῶν δ' ἐν ὅμως ἐννοιῶν περιεργάζεσθαι βά-
θος, καὶ ῥημάτων συμπλοκῆς ὑφαίνην ἠκριβωμένους,
καὶ προσπειρᾶσθαι ζητεῖν τὰ νῦν πέρα, καὶ ὅσα
περὶ καὶ αὐτὴν ἡμῶν τὴν διαδύσεως ἀληθῆ γνώ-
σιν ψεύδεται. Σοφὸς δὲ καὶ ἀλήθειαν εἶη ἂν καὶ
λέγοιτο πρὸς ἡμῶν ὁ σαφῆ καὶ ἀναμφίλογον τὴν
ἐπίγε τῶ πάντων Θεῶ καὶ ἀπληστήσας δόξαν,
καὶ ἠκριβωκῶς ὡς ἐνὶ τὰ περὶ αὐτῆ κατὰ γε Φη-
μὶ τὸ ἀνθρώποις ἐφικτὸν, συνειλοχῶς δὲ πρὸς
τέττω καὶ τὴν ἐφ' ἅπασιν τοῖς ἀναγκαῖαι ἀπλάσων
ἐπισήμην, ὥστε καὶ εἰς ἀνδρας δύνασθαι τελεῖν
τῆς οἷς ἂν ἔποιτο δικαίως, τὸ χεῖναι κατασε-
μνύνεσθαι τοῖς εἰς ἀρετὴν ἀυχήμασι. τί ᾧ δεῖ

tulit, præerat ipsis, iustitiæ præfes &
moderatrix. Iam vero bonorum ge-
nus omne Græcorum multitudini tri-
butum a Deo Iulianus existimans,
Hebræis autem omnino nullum, philo-
sophorum nugacibus commentis gloria-
tur, & ait:

IULIANVS.

Sed initium nobis scientiæ dedit, aut
philosophicam scientiam. Ecquam
Btandem? Astronomia quidem apud
Græcos perfecta est, quum primæ illo-
rum obseruationes apud barbaros cœ-
pissent Babylone; Geometria ab illa
terrarum partitione, quæ in Ægypto facta
est, ducto initio, ad eam magnitudinem
excreuit. Numerorum autem scientia,
a Phœnicibus institutoribus inchoata,
apud Græcos tandem scientiæ dignita-
tem ac nomen obtinuit. Tres autem
cum socia Musica in vnam Græci iunxe-
runt, Astronomia Geometriæ addita,
Cvtrique vero numeris appositis & mo-
dulatione adhibita: inde Musicam suam
composuerunt, & harmonicas rationes
inoffensa aurium consensione, vel huic
certe proxima, definierunt.

CYRILLVS.

Talia Iulianus effert in altum, eaque
suspicit. Ego vero ad hæc respondeo,
nescire profus illum quas ob res admi-
rari debeamus, qui optimæ gloriæ stu-
duisse & vera prosperitate potiri cre-
duntur. Virum enim spectabilem &
beatum efficiet, non facundia modo
& gratia loquendi, qui & ornate dicere
queat, & vana iuxta ac tenuia animi
fensa alte scrutari, & verborum com-
plexiones accurate texere, adeoque stu-
diosius ea quarere, quæ animi captum
effugiunt, & veram sensuum cognitio-
nem fallunt. At si vere loqui velimus,
sapientem illum esse dicemus, qui cla-
ra & indubitata opinione de vniuersi
Deo præditus sit, resque diuinas quan-
tum homini fas est exploratas habeat,
ac præterea rerum necessariarum scien-
tiam sibi compararit, ita vt huius ope
in viros perfectos euadere possint, qui
sibi laudem ex virtute iure qua-
rendam putant. Quid enim mi-

hi opus est anxie inquirere, quid adeo magnum sit Geometria, Musica, & Arithmetica, aliaque scientia, quas in pretio solas habent, iisque mirum quantum gloriantur. Enimuero quod ad vitam recte & integre degendam spectat, nihil admodum illarum studium conferre dico. Non enim voluptates improbas proinde vincet aliquis, non opum vim, non vanam gloriam contemnet, non ab iræ fluctibus liber, non ab invidia & conuitiis alienus, non temperantia aut aliarum virtutum studio deditus erit, quibus præditi nonnulli gloria reliquos antecellunt: destituti, nullius sunt existimationis ac pretii. Videre enim est hominem singulari ingenio, lingua disertâ, profluentia verborum, & Attica suavitate, ac artis oratoriae præceptis ad eloquentiam instructum: moribus autem impium, & fœdissimarum libidinum laqueis irretitum. Sapiens autem & cordatus, non in nudis ac solis oculis sapientiae laudem quæret, neque sufficere putabit ad veram gloriam, si odiosas verborum sutelas & peruersarum cogitationum vim inexpugnabilem excogitare queat. Iste enim verborum artifex, at non continuo bonus sit. Quare Geometria, Astronomia, & reliquæ huiusmodi scientiæ, gloriam & laudem afferunt quidem erudito; Deum autem vere & sincere cognoscere, ac virtutem studiose complecti, & vitiis abstinere, summam puræ ac sinceræ sapientiae laudem conciliat. Frigidæ sunt Græcorum artes, & inanitatis habent plurimum, & multorum sudorum in rebus nihili iacturam. Sed nostræ orationi fidem Iulianus forte non adhibebit: verum subsidio nobis erit tuus, o bone, Plato, qui in libro quinto de Repub. ita scripsit: *Hos igitur omnes, & alios eiusmodi rerum percipiendarum curiosos, & artificiorum philosophos. Veraces autem, inquit, quosnam? studiosos veritatis contemplatores.* Non enim in Geometriæ disciplina, quæ postulata & hypotheses continet: nec in Musica, quæ otiosa est: nec in Astronomia, quæ & naturalibus, & fluxis, & probabili- bus rationibus scætet; sed in ipsius bo-

μοι πολυπραγμονεῖν, τί μὲν ἄρα τὸ χρεῖμα ἐστὶ τῆς Γεωμετρίας, Ἀρμονικῆς τε καὶ Ἀριθμητικῆς, καὶ τῶν ἐτέρων ἐπιστημῶν, ἃς δὴ καὶ μόνας ἀξιοῦσι τιμᾶν, καὶ ὑψηλὴν ἐπ' αὐταῖς ἀνασύρῃσιν τὴν ὀφρῦν. καὶ τοιότογε ἦκον εἰς εὐκοσμίαν, καὶ τὸ ἀμώμητως ἔχειν εἰς ἡδὴ καὶ τρόπος, ἀσυνηλῆ φαῖν ἂν τὴν εἰς γε ταυτὶ σπαρδὴν τε καὶ προθυμίαν. Οὐ γὰρ τῶν καλεφεγμένων ἡδονῶν ἀμείνων τις ἔσται, ἢ περισσίας χρημάτων, ἢ διακένος δόξης καὶ φρονήτης, ἢ τῶν ἐξ ὀργῆς κυμάτων ἐλεύθερος, ἢ φιλοφρογίας καὶ φθόνου μακρᾶν, ἢ τῶν εἰς εἰκράτειαν σπαρδασμάτων ἐπιμελητῆς, ἕτε μὴ τῶν ἐτέρων ἀγαθῶν, ἃ προσόντα μὲν καὶ προσπεφυκότα τισὶν ἀποφῆναιεν ἂν αὐτῶν ὅτι μάλιστα τῶν ἄλλων εὐκλεεστάτης, ἀπόντα δὲ καὶ ἔκ ἐνυπάρχοντα, λόγος ἔδενος ἀξίος. ἔστι γὰρ ἔστιν εὐφυᾶ μὲν τινα, καὶ τελοφευμένην τὴν γλῶσσαν λαχόντα, λαλίσιμον δὲ καὶ οἷον ἀττικεργῆ καὶ εὐλεχνέστατα καλεσθευασμένον εἰς καλλιπέειαν, ἀνόσιον ἢ τῶν τρόπων, καὶ τοῖς τῶν ἀσχίστων ἐπιθυμιῶν ἀλόντα βρόχοις. ὁ δὲ γε σοφός καὶ ἀρετῆφρων, ἔκ ἐν ψιλῶν καὶ μόνων φωνῶν κεκλήσεται τὸ εἶναι τοιοῦτο. ἔδ' ἂν ἀρετέσειεν αὐτῷ πρὸς δύναμιν εὐκλείας, τὸ ἀνευρεῖν δύνασθαι πικρὰς εὐρεσιπέειας, καὶ διασρόφων ἐννοιῶν ἀπρόσβλητον δεινώσιν. τεχνίτης μὲν γὰρ ὁ τοιοῦτος, τόγε ἦκον εἰς λόγος, ἔπω γε μὴν πάντως ἢ ἀγαθός. Οὐκ ἔν ἐν Γεωμετρίας καὶ Ἀστρονομίας καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν τοιοῦτων ἐπιστημῶν, εὐκλεᾶ καὶ ἀξιοζήλωτον ἀποφαῖνει τὸν ἐξησηκηότα μόνη δὲ μάλλον ἢ ἀκριβῆς καὶ ἰσχνὴ καὶ ἀμώμητος περὶ Θεῶν γνώσις, καὶ τόγε δὴ δεῖν δια σπαρδῆς μὲν ἔχειν τὸ ἀγαθόν, ἀπόβλητον δὲ ποιείσθαι τὸ ἐναντίον, ταυτὶ φαῖν ἂν τῆς ἀκραιφνῆς καὶ ἀδιαβλήτης φιλοσοφίας τὰ αὐχήματα. ψυχρὰ τὰ Ἑλλήνων, καὶ τὸ εἰκόλον ἔχοντα πολὺ, καὶ μακρῶν ἰδρώτων ἐπ' ἔδενι ζήμιαν. Καὶ ἴσως μὲν ἀπισήσει τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις. κεκλήσει δὲ πρὸς ἐπικερίαν ὁ σὸς, ὦ κράτιστε, Πλάτων, ὠδὶ γεγραφῶς ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς πολιτείας τέττες ἐν πάντας, καὶ ἄλλας τοιοῦτων τινῶν μαθηματικῆς, καὶ τῆς τεχνυδρίων φιλοσόφους. τῆς δὲ ἀληθινῆς, ἔφη, τίνης; τῆς τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας. ἢ γὰρ εἰς Γεωμετρίας αἰτήματα, καὶ ὑποθέσεις ἐχέσθαι φιλοσοφία; ἔδὲ Μισικῆ σχολαστικῶν γε ἔσθαι; ἔδὲ ἐν Ἀστρονομία, φυσικῶν καὶ ρεόντων καὶ εἰκότων βεβυσμένη λόγων ἀλλ' αὐτῶν τῶν ἀγα-

θὺ δὲ ἐπισήμης καὶ τῆς ἀληθείας, ἐτέρων μὲν ὄντων τὰ γὰθ' ὁδῶν δὲ ὡσπερ ἐπὶ τὰ γὰθόν, ἔκιν' ἐκ ἐν τοῖς τεχνυδρίοις τοῖς ὡδε καλεστικωμένοις τὸ φιλοσοφεῖν ἐστίν, ἀλλ' ἐν τῷ εἰδέναί τὴν ἀλήθειαν, τῷτ' ἐστὶ τὸ ὄν ἀληθῶς, ὅπερ ἐστὶ Θεός. Καὶ μὴν ἐπ' αὐτὰ δὴ τῷτω μεμαρτύρηται τὰ Ἑβραίων δόγματα καὶ παρὰ τῶν Ἰσλιανῶν Θεῶν. ἀφικομένους γὰρ τινὸς Πυθιοῦ πρὸς τὸν Ἀπόλλωνος νεῶν, ἐρομένους τε καὶ ἀναμαθεῖν ἐθέλοντος, τίνες αὖ ἦσαν ὅτι μάλιστα σοφοὶ τῶν ἐθνῶν; χρησάμενοι τὸν αὐτοῦτι δαίμονα.

Μῆνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον· οἱ δ' ἄρ' Ἑβραῖοι

Αὐτογέννητον ἀνακτα σεβασόμενοι Θεὸν αὐτόν.

Διαμέμνηται δὲ καὶ Πορφύριος τῶν καὶ τὴν Ἰσραήλ Εσσάων, καὶ φησὶν ὡδε περὶ αὐτῶν· ἀπὸ δὲ τοιαύτης διαίτης, καὶ τῆς πρὸς ἀλήθειαν καὶ εὐσέβειαν ἀσκήσεως, εἰκότως ἐν αὐτοῖς οἱ πολλοὶ, οἱ καὶ τὰ μέλλοντα προγνώσκουσιν, ὡς αὖ βίβλοις ἱεραῖς καὶ διαφοραῖς ἀγνεύμασι, καὶ προφητῶν ἀποφθέγμασι ἐμπαροτρυνόμενοι. σπάνιον δὲ ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀσοχῶσιν. Ὅτι δὲ τὰς καλεσμένας εἰκυκλίστας τῶν ἐπισημῶν, ἐφ' αἷς δὴ μάλιστα σοβαρεύεται, καὶ μέγα πεφρόνηκεν, ἔκιν' ἀνευθύνης, ἔτε μὴ ἀκατασίττης ἀφέντας εὐρησομεν τὰς ὅτι μάλιστα καλωφρωμένους ἐπίσοφια κοσμητικῇ, διαμάθοι τίς αὖ ἐξ αὐτῶν καὶ αὐτοὶ γεγράφασι, καὶ μὴ ἕτεροι περὶ αὐτῶν. Ξενοφῶν μὲν γὰρ ὁ Ἀθηναῖος ἔτω περὶ φησὶν· εἰς δὲ πῶποτε Σωκράτης εἰδὲν ἀσεβῆς, εἰδὲν ἀνόσιον, ἔτε πρᾶττοντος οἶδεν, ἔτε λέγοντος ἤκουσεν. εἰ γὰρ περὶ τῆς ἀπάντων φύσεως, ἢ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οἱ πλείστοι, διελέγετο, σκοπῶν ὅπως ὁ καλεστικὸς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔχει, καὶ τίσιν ἀνάγκαις τῶν ἐραυτῶν ἕκαστα γίνεται, ἀλλὰ καὶ τὰς φροντιστικὰς τὰ τοιαῦτα μαρτυροῦντας ἀπεδείκνυε. καὶ μεθ' ἕτερα· ἐθαύμαζε δὲ, εἰ μὴ φανερόν αὐτοῖς ἐστίν, ὅτι ταῦτα εἰ δυνατόν ἐστίν ἀνθρώποις εὐρεῖν. ἐπει καὶ τὰς φροντιστικὰς τὰ μέγιστα ἐπὶ τῷ περὶ τοιαύτων λέγειν, εἰ τὰ αὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς μαυνομένοις πρὸς ἀλλήλους διακείσθαι. τῶν γὰρ μαυνομένων τὰς μὲν εἰδὲ τὰ δευὰ δεδιέναι, τὰς δὲ τὰ μὴ φοβερά φοβεῖσθαι τῶν μὲν περὶ τῆς πάντων φύσεως μεριμνῶντων, τοῖς μὲν δοκεῖ ἐν μόνον εἶναι, τοῖς δὲ

ni cognitione, per scientiam ac veritatem, quum alia res ad bonum pertineant, & sint veluti viae ad bonum; proindeque non in leuibus artificis, qua sic derisui sunt, philosophia continetur, sed veritatis agnitione, nempe eius quod re vera est, hoc est Dei. Ac in hoc quidem Hebraeorum placita vel Deorum Iuliani testimonio comprobata sunt. Quum enim quidam Pythiam ad Apollinis templum venisset ac rogasset, quanam gentes maxime sapientia ceteris anteirent? fertur oraculum edidisse:

Soli Chaldaei sapientiam nacti sunt; Hebraei vero

Ingenitum Regem colunt, ipsum Deum.

Quinetiam Porphyrius Essaeorum, qui Iudaeam incolebant, meminit his verbis: Ex hoc autem vita instituto & exercitatione ad veritatem pietatemque, multi iure apud illos res futuras mente precipiunt, utpote libris sacris & singulari genere sanctitatis & prophetarum dictis eruditi. Raro autem fit ut in predicendis futuris aberrant. Iam liberales artes, quibus inprimis Iulianus insolenter & magnifice gloriatur, ne apud ipsos quidem mundanae sapientiae principes reprehensione caruisse, discemus vel ex iis, quae literis ipsi mandarunt, aut alii de ipsis. Xenophon siquidem Atheniensis ita scribit alicubi: Nemo Socratem ^{Απομνηνεύματων lib. 1. fol. 710.} audit aut vidit unquam impium aliquod, aut nefarium patrarentem, aut loquentem. Non enim de universi natura, aut de aliis, ut plerique, differabat, quarens quomodo se habeat ille, quem mundum Sophista dicunt, & qua necessitate rerum caelestium singula fiant, sed qui talia curiosius scrutantur, stultos asserabat. Et postea: Mirabatur autem quo pacto lateret eos, non esse potestatis humanae, hac inuenire, praesertim quum ii, qui praeter ceteris de rebus illis subtilissime disputant, non conveniant inter se, sed furiosorum more inuicem comparati sint. Nam ex furiosis alios ne terribilia quidem time-re, alios que metuenda non sunt metuere. Ita, qui de rerum omnium natura sollicite inquirunt, aliis quidem videri, unum quiddam esse quod existat, aliis ea esse

esse numero infinita. His omnia semper moueri, illis nihil unquam moueri, his omnia tum oriri, tum interire, illis nihil unquam nec oriri, nec interire. Quid ad hæc responsuri sunt sublimium rerum indagatores, qui quum terrena nesciant, anxie scrutantur caelestia? Num laudabimus Socratem, qui hac in re furentibus eos comparat, quod supervacaneas sententias temere arriperent, suisque commentis alii ab aliis, & secum ipsi dissentirent. Plato quoque, in libro de Anima, praterquam quod supervacaneum & inane harum rerum studium declarat, illud insuper reprehendit his verbis: *Me enim, o Cebes, iuuenis quum essem, mira cupiditas incessit eius sapientiae, quam natura historiam vocant. Magnificum enim quiddam splendidumque videbatur, nosse singularum rerum causas, cur videlicet unumquodque fieret, & cur interiret, & qua existat ratione: meque ipsum sepius susque deque versabam, hac primum in animo meo voluens: cur, postquam calidum & frigidum putredinem quandam susceperit, ut quidam aiunt, tum demum animalia nutriantur. Et, utrum sanguis sit, quo intelligendi sapientique vim habemus, an aer, an ignis; aut horum quidem nihil, sed cerebrum sensus audiendi, videndi, & olfactandi prebeat; ex hoc fiat memoria & opinio: ex memoria autem & opinione, postquam conquieverit, eodem modo fieri scientiam. Horum nimirum corruptiones perspicens, eaque quae & calo & terra contingunt, tandem mihi quidem ipsi visus sum ad hanc considerationem ita esse ineptus, ut nihil supra. Qua de re certum tibi proferam argumentum. Ego enim qua prius certo & perspicue notam, ut mihi quidem aliisque videbatur, ab hoc considerandi modo ita sum obtæcatus, ut & hac dedidicerim, qua antea me scire arbitrabar. Quocirca si nihil, supervacanea quærenti, & sublimia ac minuta, quæque nostrum captum fugiunt, curiosius scrutanti, utilitatis accedit, sed damnum potius ac cæcitas, dediscendaque sunt ea quæ iam animo collegeris; supercilium deprimat, qui aduersum nos tanto fastu*

ἄπειρον τὸ πλῆθος. καὶ τοῖς μὲν αἰεὶ πάντως κινεῖσθαι, τοῖς δ' ἔδεν ἂν ποτε κινηθῆναι καὶ τοῖς μὲν ἅπαντα γίνεσθαι τε καὶ ἀπολλύεσθαι, τοῖς δὲ ἔτ' ἂν γενέσθαι ποτε ἔδεν, ἔτ' ἀπολλέσθαι· ἀλλὰ τί δὴ πρὸς ταῦτα φαίμεν ἂν οἰτῶν μετεώρων ἐρευνηταί, οἳ μὴ εἰδοτες μὲν τὰ ἐν γῆ, πολυπραγμονοῦντες δὲ τὰ ἐν τοῖς ἔρανοῖς; ἄρ' ἔτι ἂν ἐπαμύσειε τις τὸν Σωκράτην, ἐν γε τῷ τῶ μαυνομένοις αὐτῶν εἰκίνασι λέγοντα, καὶ περιττοῖς δοξαρίοις ἀβέλως ἐπιπηδῶντας, καὶ διαφοροῖς ἀλλήλοισι, καὶ τοῖς σφῶν αὐτῶν μεμαχημένοις εὐρήμασι. Πλάτων γε μὴν πρὸς τῷ περιττῷ καὶ ἀνόητον ἀποφῆναι τὴν εἰς γε ταυτὶ σπεύδῃν, καὶ προσαιτιάται λέγων, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς ἐγὼ γὰρ, ὦ Κέεξ, νέος ἂν θαυμαστῶς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλῶς περὶ φύσεως ἴσσοιαν. ὑπερήφανον γὰρ μοι ἐδόκει εἶναι, εἰδέναί τας αἰτίας ἐκάστω, διὰ τί γίνεσθαι ἕκαστον, καὶ διὰ τί ἀπόλλυται, καὶ διατί ἐστὶ, καὶ πόλλάκις ἐμαυτὸν ἄνω καὶ κάτω μετέβαλον, σκοπῶν πρῶτον ἄρ' ἐπειδὴν τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ θερμὸν σηπεδῶνα τινὰ λάβῃ, ὡς τινες ἔλεγον, τότε ἤδη τὰ ζῶα συντρέφεσθαι; καὶ, πότερον τὸ αἷμα ἐστὶν, ὢ φρονέμεν, ἢ ὁ αἶρ, ἢ τὸ πῦρ, ἢ τῶν μὲν ἔδεν, ὁ δὲ ἐγκέφαλος ἐστὶν ὁ τὰς ἀσθήσεις παρέχων τῷ αἰθερί, καὶ ὄραϊν, καὶ ὁσφραίνεσθαι ἐκ τῶν γίνοιτο μνήμη καὶ δόξα· ἐκ δὲ μνήμης καὶ δόξης λαβίσσης τὸ ἡρεμεῖν, κατὰ ταῦτα γίνεσθαι ἐπιστήμην. Καὶ αὐτῶν τοιούτων τὰς φθορὰς σκοπῶν, καὶ τὰ περὶ τὸν ἔρανον καὶ τὴν γῆν πάθη, τελευτῶν ἔτι ἐμαυτῷ ἐδόξασα πρὸς ταύτην τὴν σκέψιν ἀφύης εἶναι, ὡς ἔδεν χεῖμα. Τεκμηρίον δὲ σοι ἐρεῶ ἰκανόν. ἐγὼ γὰρ ἂ καὶ πρότερον σαφῶς ἠπιστάμην, ὡς γε ἐμαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδόκεν ποτὲ, ὑπ' αὐτῆς σκέψεως ἔτι σφόδρα ἐτυφλώθην, ὥστε ἀπέμαθον καὶ ταῦτα, ἂ πρὸ τῶν ὡμῶν εἰδέναί. Οὐκ ἔν εἰ τῷ τῆς ἐρέυνης περιττῷ, καὶ τῷ βέλεσθαι πολυπραγμονεῖν, τὰ ἰχνα καὶ μετέωρα καὶ τῷ νῶ καθ' ἡμᾶς δυσπρόσιτα νομιδῇ προσγένοιτο ἂν τῶν ὀνησιφόρων ἔδεν, βλάβῃ δὲ μᾶλλον καὶ τύφλωσις, καὶ τὸ δεῖν ἀπομαθεῖν καὶ τὰ εἰς νῦν ἤδη συναγνηγεμένα· κατακομιζέτω τὴν ὄφρυν, ὁ καθ' ἡμῶν

κομπάσας. Μάθημα γὰρ Θεῖον καὶ βιωφελές, ἅ
 τῆς ἀληθείας ἡ γνῶσις, ἣν ἡ πάλαι μὲν προ-
 ανεκήρυξεν ὁ Μωσῆς. ἦκει δὲ πρὸς ἡμᾶς ὁ περὶ
 αὐτῆς λόγος, ἰσχυρότερόν τε ἢ ἀκραιφνέστερον,
 ἐπιλάμπαντος ἡμῖν τῶ πάντων Σωτῆρος Χρι-
 στοῦ, μεθ' ἃ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν
 αἰγίῳ Πνεύματι, εἰς τὰς αἰῶνας, Ἀμήν.

insurgit. Ars enim diuina & vita uti-
 lis veritatis cognitio, quam Moses
 olim etiam predicauit; cuius ser-
 mo ad nos subtilius & purius ve-
 nit, illucescente nobis omnium Ser-
 uatore Christo: cum quo Deo & Pa-
 tri gloria cum sancto Spiritu in facu-
 la, Amen.

FINIS LIBRI QVINTI.

